ἑλληνικός· τοῖς δὲ, μή· οὕτω καὶ τῶν φθόγγων ἡ A μέση, ὥσπερ σύνδεσμός ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν καλῶν, διὰ τὸ πλειστάκις ἐνυπάρχειν τὸν φθόγγον αὐτῆς. κα Διὰ τί τῶν ᾀδόντων οἱ βαρύτερον ᾄδοντες, τῶν ὀξὺ ᾀδόντων, ἐὰν ἀπᾴδωσι, μᾶλλον κατάδηλοι γίνονται; ὁμοίως δὲ καὶ τῷ ῥυθμῷ οἱ ἐν τῷ βαρυτέρῳ πλημμελοῦντες, κατάδηλοι μᾶλλον; πότερον ὅτι πλείων ὁ χρόνος ὁ τοῦ βαρέος; B οὗτος δὲ μᾶλλον αἰσθητός. ἢ ὅτι ἐν πλείονι χρόνῳ πλείω [καὶ] αἴσθησιν παρέχει. τὸ δὲ ταχὺ καὶ ὀξὺ, λανθάνει διὰ τὸ τάχος.

κβ Διὰ τί οἱ πολλοὶ μᾶλλον ᾄδοντες τὸν ῥυθμὸν σώζουσιν, ἢ οἱ ὀλίγοι; ἢ ὅτι μᾶλλον πρὸς ἕνα τε καὶ ἡγεμόνα βλέπουσι, καὶ βραδύτερον ἄρχονται, ὥστε ῥᾷδιον τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν; ἐν γὰρ τῷ τάχει ἡ ἁμαρτία πλείων. C

κγ Διὰ τί διπλασία ἡ νήτη τῆς ὑπάτης; ἢ πρῶτον μὲν, ὅτι ἐκ τοῦ ἡμίσεος ἡ χορδὴ ψαλλομένη, καὶ ὅλη συμφωνοῦσι διὰ πασῶν; ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν συρίγγων. ἡ γὰρ διὰ τοῦ μέσου τῆς σύριγγος τρήματος φωνὴ, τῇ δι᾽ ὅλης τῆς σύριγγος συμφωνεῖ διὰ πασῶν. ἔτι [ἐν τοῖς αὐλοῖς] τῷ διπλασίῳ διαστήματι λαμβάνεται τὸ διὰ πασῶν, καὶ οἱ αὐλοτρύπαι οὕτω λαμβάνουσιν. ὁμοίως D δὲ καὶ τῷ διὰ πέντε τῷ ἡμιολίῳ, ὅτι οἱ τὰς σύριγγας ἁρμοττόμενοι, εἰς μὲν τὴν ὑπάτην ἄκραν, τὸν κηρὸν ἐμπλάττουσι, τὴν δὲ νήτην μέχρι τοῦ ἡμίσεος ἀναπληροῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν διὰ πέντε τῷ ἡμιολίῳ, καὶ τὴν διὰ τεττάρων τῷ ἐπιτρίτῳ διαστήματι λαμβάνουσιν. ἔτι οἱ ἐν τοῖς τριγώνοις ψαλτηρίοις, τῆς ἴσης ἐπιτάσεως γινομένης, συμφωνοῦσι διὰ E πασῶν, ἡ μὲν, διπλασία οὖσα· ἡ δὲ, ἡμίσεια τῷ μήκει. κδ Διὰ τί ἐάν τις ψήλας τὴν νήτην ἐπιλάβῃ, ἡ ὑπάτη μόνη δοκεῖ ἀντηχεῖν; ἢ ὅτι συμφωνὴς μάλιστα γίνεται τῷ φθόγγῳ, ὁ ἀπὸ ταύτης ἦχος, διὰ τὸ σύμφωνος εἶναι; τῷ οὖν συναυξάνεσθαι τῷ ὁμοίῳ, φαίνεται μόνος. οἱ δὲ ἄλλοι, διὰ μικρότητα ἀφανεῖς. κε Διὰ τί μέση καλεῖται ἐν ταῖς ἁρμονίαις· τῶν δὲ ὀκτὼ οὐκ ἔστι μέσον, ἢ ὅ- F τι ἑπτάχορδοι ἦσαν αἱ ἁρμονίαι τὸ παλαιόν; τὰ δὲ ἑπτὰ ἔχει μέσον. κϛ Διὰ τί ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἀπᾴδουσιν οἱ πλεῖστοι; πότερον ὅτι ῥᾷον ὀξὺ ᾆσαι ἢ βαρύ; ἢ ὅτι χεῖρον τοῦ βαρέος; ἡ ἁμαρτία δέ ἐστι, τοῦ χείρονος πρᾶξις.

dicendo vti neceſſe eſt: aliis minimè: ſic etiam medius veluti coniunctio eſt ſonorum, maximéque elegantiorum: quoniam eius ſonus aſſumi ſæpiſſimè ſoleat.

21 Qua de cauſa qui grauius cantant, ſi abſonant, deprehendi faciliùs poſſunt, quàm qui cantant acutius? nec verò ſecus in numeris accidit: euidentiores enim qui peccant in grauiori. Vtrum quòd plus temporis graue obtinet: plus autem plenius à ſenſu aurium percipi poteſt? An quòd in tempore ampliori agitur, hinc etiam plus ſenſus adhibetur: velox autem & acutum, facilè ſuam ob velocitatem laſſeſcit. 22 Quam ob cauſam multi, cùm cantant, melius numeros ſeruant, quàm pauci? An quòd multi meliùs vnum, ſuúmque ducem aſpiciunt, tardiúſque incipiunt: itaque faciliùs eſſe qui idem poſſunt, quippe cùm in accelerando eueniat vt plus erroris committatur. 23 Cur nete duplo acutior eſt hypate? An primùm, quòd cùm neruus parte ſui dimidia pulſatur, & totus diapaſon concinentia exultat: quod vel in fiſtulis æquè perſpicere licet, vox enim, quæ per medium foramen emergit, diapaſon reſonat, cum ea, quæ per totam fiſtulam promitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapaſon conſonantia nouimus: nam & qui tibias perforant, ita diſponere ſolent: & qui fiſtulas aptè concinnant, extrema tantùm cera marginant foraminis principalis: neten verò ad dimidium implent. Et in triquetris nerui, quorum alter longitudine dupla, alter ſubdupla eſt, æquè intenti diapaſon conſonantiam reddunt. Genus autem concinendi, quod diapente nominatur, ſeſquialtera conſtat: quod verò diateſſaron vocamus, interuallo ſeſquitertio continetur. 24 Cur ſi quis neten pulſatam apprehenderit, hypate ſola reſonare videbitur? An quòd tinnitus, qui ex hac proficiſci ſolet, ſono illius maximè conciliatur, & congruit, vtpote, qui conſonus ſit. Ergo quia ſuo conſimili concreſcit, ſolus apparet: cæteri verò incerti ſuam ob exiguitatem occultantur. 25 Cur neruum medium in concentibus appellamus, cùm inter octo nullum medium ſit? An quòd olim concentus ſeptem neruis conſtabant, ſeptem autem medium obtinent.

26 Cur in acutum magna ex parte vox aberrare conſueuit? Vtrum quò faciliùs acutum, quàm graue, cantatur. An quòd acutum graui deterius eſt: peccare autem non aliud eſt, quàm rem agere deteriorem.